



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll L3 (recto)

[This Roll was previously named M8.]

[Wednesday] 11 Apr 1621.

**Dulwich
in Comitatu**

Surrei Anno
Domini 1621 . M.8.

Ad Visum Franci Plegii cum Curia Baronis Edwardi Allen Armigeri
ibidem tenta die Mercurij Undecimo die Aprilis Anno Regni domini nostri Jacobi dei gratia
Anglie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c decimo nono et Scocie x x x
Quinquagesimo quarto, Coram Johanne Harryes Armigero Senescallo ibidem . /

Essonia Thomas Horne[sic, ?Hamon] essoniatur per Robertum Hunt, Robertus Bodger essoniatur per Johannem Bodger
Samuelis Bridges essoniatur per Thomam Caltone

Constabularius } Ricardus Staughton { Comparuit et Juratus presentat cum Juramento . Et modo ad hanc Curiam
exonerat^{ur} Et Willelmus Lewes de novo electus est et Juratur. /

Decimarum } Robertus Hewitt { Comparuerunt et Jurati presentant cum Juramentis. Et modo ad hanc Curiam exonerant^{ur}
Johannes^{et} Bodger { Et Robertus Starkeye et Walterus Bone de novo electi sunt et Jurantur. /

**Gustator
Cerviciæ** } Radulphus Canterburye { Comparuit et Juratus presentat cum Juramento Et modo ----
ad hanc Curiam exoneratur Et Danielis Cranwell
de novo electus est et Juratur. /

Ballivus Beniaminus Hearne Comparuit et retornatus preceptus . /

**Capitales
Plegii et
Homagium** } Johannes Cassinghurst } Jurati { Robertus Hewitt } Jurati { Edwardus[sic, Edmundus] Redman
Ricardus Staughton } { Matheus Withers } { Willelmus Mathew }
Willelmus Lewes } { Henricus Collyns } { Johannes Bodger } Jurati
Nicholaus Foster } { Mathias Allen } { }
Robertus Starkeye } { Johannes Staples } { }
o-----o
o-----o

Communis Finis -- } Qui dicunt super sacramentum suum, quod dant domino de Communie Fine
iiii^s solutus Domino } ad hunc Diem pro Dulwich prout patet in Capite

Imprimis Juratores super sacramentum suum presentant Quod cum existit ut sequitur quedam via Regia iacens iuxta Collegium de Dulwich predicto infra iurisdictionem huius Curie super occidentalem partem eiusdem Collegij valde ruinosam ad grave nocumentum inhabitantium et cunctorum subditorum dicti domini Regis per viam predictam transientium Et nunc quedam parcella terre existens liberum tenementum eiusdem contigue ibidem Edwardi Allen [^] adiacens vie predicte continens sexaginta virgatas terre (deposita est) anglice is laid out ad aliam viam faciendam ; que parcella terre per Juratores predictos supervisa fuit, et inveniunt predictam parcellam terre necnon viam magis esse convenientem, et Juratores predicti ordinaverunt, quod via predicta cum arena Anglice Gravell facta foret [^] et quod quedam pons imponetur super Communiem Fluvium Anglice the Common Sewar ibidem erectus ut caruce et Carriagia per viam predictam transire possint et hoc faciendum ad sola et propria Custagia predicti Edwardi [^] Et postea infuturum via predicta reparata erit per inhabitantes Manerij predicti . Et quod ipsi imposterum manutenebunt Regiam viam et pontem predictum Et si aliquis imposterum fecerit in contrarium vel in contemptum huius ordinis forisfaceret -----10^{xi}.

Item similiter Juratores predicti ordinaverunt quod quilibet terre tenens iacente inter Dulwich predictum et Camberwell [infra] iurisdictionem huius Curie Scalas agrestes et pontes ducentes a dulwich usque Caput de Blanch downe emendaverunt et sic emendatus custodierunt cum Le Crosse barre vel cum pede salario anglice a footstepp ex utraque parte eiusdem scale agrestis et pontis Et hoc faciendum ante festum Sancti Johannis Baptisti proxime sequentem sub pena pro qualibet scala agresti et ponte ad tunc non reparata o----- 5^s.

Item similiter ordinaverunt quod nulla persona sive persone franget seu frangerent sepes sive x x asportabunt lignum aliquorum inhabitantium infra iurisdictionem huius Manerij sub pena forisfacture pro quolibet tempore sic offendendi o----- 2^s.

Item similiter ordinaverunt quod nulla persona sive persone franget ac frangent Scalas agrestes infra iurisdictionem huius Curie sub pena forisfacture pro quolibet tempore sic x x x offendendi o----- 10^s.

Item similiter ordinaverunt quod Matheus Withers depurgabit Fossatum suum iacentem ad finem Horrei sui in Dulwich predicti infra iurisdictionem huius Manerij usque ad viam ducentem ad Greene=streete ibidem ; modo per hanc Curiam Ordinatum est ^{quod} infra hoc tempus et festum Sancti Bartholomei proxime sequentem sub pena forisfacture pro qualibet virga inde non purgata o----- 12^d.

Item Juratores predicti dicunt super sacramentum suum predictum quod Walterus Ethersall non fecit Conductum Anglice a sluice in introitu atrei sui ibidem secundum ordinem factum ad ultimam Curiam tentam pro Manerio predicto Ideo ipse in misericordia &c Et modo per quod forisfecit penam super se positam ad 10^s. Ordinatum ulterius est ^{quod} predictus Walterus faciet Conductum suum predictum Anglice a Sluice ante vicesimum quartum diem Augusti proxime sequentem sub pena o----- 20^s.

Item similiter presentant quod predictus Walterus non escurravit Fossata sua a Conductore suo predicto usque ad finem Horti sui ibidem secundum penam super se positam in ultima Curia de ij^s. pro qualibet virga minime facta per quod forisfecit vj^s Et modo ad hanc Curiam per Juratores predictos ordinatum est quod predictus Walterus escurrabit fossata sua predicta ante vicesimum quartum diem Augusti proxime sequentem sub pena pro qualibet virga que tunc non foret escurrata. 2^s.

Item similiter presentant quod predictus Walterus non fecit Scalam agrestem ad finem Horti sui ibidem Ideo ipse in misericordia ij.^s Et modo ordinatum est quod predictus Walterus faciet scalam agrestem ante vicesimum quartum diem Augusti proxime sequentem sub pena o----- 4^s.

Item similiter presentant quod Samuel Bridges secundum ordinem factum ad ultimam Curiam non escurravit fossatum suum iacentem ibidem inter quasdam terras suas et terras cuiusdam Johannis Cassinghurst ducentem a quodam ponte vocato Howletes bridg usque octodecem acras minime reparatum per quod forisfecit xl^s Et modo ordinatum est quod predictus Samuell escurreret Fossatum predictum ante vicesimum quartum diem Augusti proxime sequentem sub pena pro qualibet virga inde minime escurrata o----- 2^s

Item similiter ordinatum est quod Ricardus Taylboys generosus escurrabit quoddam Fossatum suum oppositum cuidam grardino[sic] vocato Carters garden ibidem usque ad Lanes pond ante vicesimum quartum diem x Augusti proxime sequentem sub pena pro qualibet virga inde minime escurrata o----- 12^d

Item similiter presentant quod predictus Ricardus Taylboys vi et armis &c cepit et asportavit quasdam Arenas Anglice Gravell que parata fuerunt ad reparandum quandam pedalem Anglice a foote waie, iacentem ibidem iuxta Lanes pond Ideo ipse in misericordia o----- 4^s.

[End of L3 [previously M8] (recto). L3 [previously M8] (verso) continues below.]

Item similiter presentant quod predictus Ricardus Taylboys fecit et eiecit quoddam Fossatum circa[sic] Lanes pond predictum ad grave nocumentum cunctorum subditorum dicti domini Regis ibidem per viam predictam transientium Et modo ordinatum est quod predictus Ricardus impleverit Fossatum predictum ante festum sancti Johannis Baptisti proxime sequentem sub pena o----- 5^{£i}.

Item similiter presentant quod predictus Ricardus Taylboys de novo erexit quandam domum Anglice a house of office in Dulwiche predicta ad grave nocumentum Thome Calton generosi et cunctorum populorum dicti Domini Regis qui ad domum ipsius Thome Calton perveniunt Et modo ordinatum est quod predictus Ricardus removet domum predictam in alium locum ante festum sancti Johannis Baptisti proxime sequentem sub pena o-----/ 40.^s

Item similiter presentant quod Robertus Bodger proiecit Cadaverem cuiusdam equi in Regia via ibidem x x Ducente a Dulwiche usque ad Camberwell ad nocumentum cunctorum populorum dicti domini Regis per predictam viam transientium Et modo ordinatum est quod neque predictus Robertus nec aliqua alia persona iacebit sive reliquet aliquod Cadaverem in via predicta sive in aliquo Fossato infra iurisdictionem huius Curie iuxta Regiam viam predictam sub pena o-----/ 10.^s

Item similiter presentant quod Franciscus Peare vi et armis circa[sic] ultimam Curiam et ante hanc Curiam in quendam Johannem Barret servientem Johannis Cassinghurst insultam fecit et sanguinem de eodem Johanne traxit &c. Ideo ipse in misericordia)-----/ 3^s 4^d.

Item similiter ordinatum est quod Walterus Bone senior escurrabit Fossatum suum apud Dulwiche predictam a Horreo ipsius Walteri usque ad pomarium cuiusdam Johannis Staples in Dulwiche predicta

ante festum Sancti Bartholomei Appostoli proxime sequentem sub pena pro qualibet virga inde x x x minime escurrata o----- 12^d

Item similiter presentant quod quidam [Ricardus] Steele generosus habet et manutenet quendam Canem ^{puerum lete infra iurisdictionis huius Curie ibidem} molestum qui mordebat ~~puerum quendam~~ et Catalla ^{domini Regis} diversorum inhabitantium in Manerio predicto ad grave dampnum vicinorum suorum et cunctorum populorum ^{ibidem} transientium Et modo ordinatum est quod predictus [Ricardus] Steele Canem predictum per Collum suspenderet vel ipsum Canem amoveret ante vicesimum quartum diem instantis Mensis Maij sub pena o----- 40.^s

Item similiter presentant ex querimonis cuiusdam Johannis Cassinghurst quod populi qui venerunt ad domum victularium cuiusdam Johannis Underwood faciunt aquam in stagnis Anglice pondes predicti Johannis Cassinghurst putrifactam in aqua predicta stercorante Et modo ordinatum est quod predictus Johannes underwood sepem super marginem stagni predicti facere causabit ante festum sancti Johannis x x Baptisti proxime sequentem sub pena o----- 20.^s

Item similiter ordinatum est quod Samuelis Bridges generosus sustentabit et manutenebit Scalas suas agrestes ducentes a terra sua usque ad greenestreet infra iurisdictionem huius Curie sicut antea ordinatum fuit per Curiam ibidem tentam sub pena o----- 20.^s

Item similiter ordinatum est quod Robertus Starkeye et predictus Ricardus Taylboys aut unusquisque eorum cui pertinat reedificabit sive destruat Horreum quoddam magnopere ruinatum iuxta sive x x x contingens cuidam vie pedali Anglice a footwaie ducenti usque ad collegium predictum minime reparate existit (ad grave periculum cunctorum dicti domini Regis subditorum per horreum predictum transientium) ante festum sancti Johannis Baptisti proxime sequentem sub pena o----- 5^{£i}.

Item similiter ordinatum est quod omnes inhabitantes huius Manerij infra iurisdictionem huius Curie x x x annulabunt et Jugabunt porcos et porcinos suos ante festum sancti Johannis Baptisti proxime sequentem sub pena pro quolibet porco tunc inannulato o----- 6.^d

Item similiter presentant quod Katherina Collins vidua predictus Matheus Withers et Walterus Ethersall cum carucis et carriagijs suis ad reparandum Regias vias ad dies per[sic] supervisores Regiarum viarum constitutos non venerunt Ideo ordinatum est quod predicti Katherina Matheus et Walterus cum carrucis et carriagijs imposterum suis ad dies ^ per supervisores viarum predictarum constitutos perveniunt ante festum sancti Johannis Baptisti proxime sequentem inter alia ad performandum opera superinde sub pena pro quolibet defectu inde o-----/ 10^s.

Afferatur per totum Juratorum et
respective
Homagium ^ manerij predicti
die et Anno supradictis /

[End of Roll L3 [previously M8].]